

In Augustissimū Si-
gismūdi Regis Poloniae: ⁊
reginae Barbarae connubiū
[Andreae Erici scholastici
Posnaniensis
Carmen.]



Kat. Contr.

Phaleucū hendecasyllabū Ma-
gistri Joannis Solfa Lectori.

Cultū si te inuat poema Lector.
Si te forte lepos tenet propriū:
Delectat Elen⁹ aut Catulliana:
Tu: blandum Critij noui poetae

Hoc mercare leui triente carmen.
Candens: dulciculum: nitens rotundum:
Quod regi cecinit: puellulae q;
Reginae: modulis Adaronianis
Quae formosior est magis Ligustro
Quae concinnior est magis Biana
Quae vincit Paridis profecto nympham
Et cunctas veneres cupidine sq;
Quam sic: Nestoreum sequetur aeuum
Hoc tem lucida dum sequentur astra
Dum siccas polus incitabit arcus
Lector Palladie Vale cateruae

Yodocus Luduicus Decius.

Quae tantum gremio retines Posnania vatem
Gaude: nam magnum percipis inde decus.
En quali sacras ornauit carmine tedas
Quas subiit fausta rex celebrandus aue.

Li. i. 400609

Joannes syluius Amatus Si-
culus Juris vtriusq; doctor Christo-
fero Sidlouetio: viro clarissimo Castellano
Sādomiriensi: et Vicecācellario regni
Poloniae meritissimo Felicitatē.

Nihil mihi vir clarissime contin-
gere potuit optatius: q̄ ipse rozares: qui mandare po-
teras: vt sacrum inuictissimi ac sapientissimi regis Sigis-
mūdi Epithalamij p̄omeretur. Equidem in secundis
semp habui perpetuū in te obseruantiae meae studium
(cui nedum gaudens: sed etiam glorians serui) cūctis parefacere: nūc
quādo industria iudicioq; meo vti voluisti: quadam mihi a te donatus
immortalitate visus sum. Esi te imprimis virum honestatis: virtutis:
p̄obitatis: iustitiae: temperantiae: fortitudinis: et omnis officij: ac deco-
ri obseruantissimū: deinde germanū fratrem illū: afflictorū omnium asilū:
diuū alterū Nicolaum: ribiq; simillimū: postremo latus omne inclitae
domus tuae sedulo pro virili mea demereri conuictor: (nam qui bona et
vera fide deū colit: amat et sacerdotes vniuersos) medius ramen fidus
tantū a te honoratus: ne dicam rebus quidē: sed quibus verbis respon-
deam non comperio. Fortuna (ingenue fateor) tua nullam remunerādi
vicem cupit: quia nulla eger: et libera est. mea vō nulla pollet: nullam ha-
ber restituendi facultatē. Sic beneficia tua: vt maiestate praecedunt: ita
mutuū non reposcunt. Uires meae vt egestare praemunt et corruūt: ita
nulla ferme gratitudine vti: nullo certare officio queunt alio: q̄ (quod
solum nostrae opis est) eas habeam gratias: quas vix ausim agere aut
animo comprehendere: non referre. Foelix igit es: qui inenarrabili ani-
mi foecunditate: incredibili naturae bonitate: summa fortunae amplitu-
dine tantum soles prodesse bonis: quantum sibi ipsis vir licet optare.
Est p̄fecto generosi excelliq; animi ac p̄culdubio quidē omni magnifici
iuuare mortales: erigere afflictos: opitulari miseris: fessis subuenire q̄
piurimis: et hac vna via altum scandere coelum ampliq; tenere elysij:
te deniq; ipsum deo (q̄uis hominē) simillimū reddere. Hinc tibi oēs ad
vniū concilias: emācipas: ac deuincis. Quid illa quae summa ac porius
sola in te sita sunt: augusta et procera statura: conspicua et singularis for-
ma: speciosa decoraq; facies. Sed haec fortunae aut naturae vident: il-
la vō animi et verae virtutis: quae tanq̄ in coelo stellae in te vno splen-
dent: alba bonitas: Caluiq; sanctitas: plens comitas: Lelq; lenitas: re-
perata seueritas: Latoniq; grauitas: spectata temperantia: maior: isq;
Braechi cōmendabiliq; modestia: aliaeq; dores innumerabiles: quibz

omnes homines: et (ut dicit) ipsos montes ad te amandum: colendum: venerandum allicis. Ideo es verae virtutis amator: indyae probitatis studiosus: morumque sanctissimorum cultor: ut boni viri nomen iam pridem adeptus sis: et in eo conseneskas. Et quidem illius quem Socrates: Plato: Panetius: Licerio: et reliqui nobilissimi philosophi: qui sapientiam istis tradidere: tantopere exquirentes: nunquam inuenire potuerunt: sed imaginari tantum sunt. Regere vero et regi usque deo soleas magistra iusticia: saluari prudentia: naturali atque coelesti sapientia ut alter: sed longe praestantior. Meo coenas: alterum Augustum caesaris nostrum omnium quos iuerunt: quot sunt: quot alijs erunt in annis praecellentissimum ex ephebis et alere et educare ad hoc usque aevi unius meritis sis. Nec mirum tamen id cuius videri profecto debet: cum tam amabile: tam hospitale ingenium praere te feras: ut a summis terrarum principibus paterno astringendus amplexu meritis sumo sis. Sed de te sepius: et plura quidem alias. Epithalamium quod pangi et in manus hominum venire poposcisti: verecundiae meae scilicet spolium cum primum legi consecutum est. Tam enim perire et concunne: tam modulare et dulciter Andreas critius noster: iuuenis candidissimus: hoc est sine iactura desiderii doctissimus absoluit: ut liquido adiurare possim: huic Poloniae iuventutis ad poeticam maiestatem aequari neminem. Nam ut melleam eius musae modulationem: vegetam et sublimem alacritatem missam faciamus: equidem summa sic appetit ut non decidat: in illa poematis inuentione: iucunditate: genuina cuiusque rerum omnium serie primas habet. Dicit fortasse quispiam de afororum: liuidorum: imperitorumque turba: diluti salis: et fellis ignauus: caeculus: sciolus: racidolus quidam balba de nare locutus: huic tu nimium diligis. Eadem diligo huic: sed sincere diligo: de quo etiam senere iudico: et id quod sentio dico. Cur enim dignitatis et eloquentiae nomine a me diligi iuuenis ornatissimus et dignis celebrari laudibus non debeat: qui solet hanc patriam omnem ingenio et eruditio: ne sua honestare? Amusoteros essem si iudicare non possem: aut certe malignus si laudare nescirem. Quamobrem magis laconiae breuitati quam multi iugis paginis studens: decreui versibus claudere nonnulla tanti iuuenis laudatiumculam. Bene ac foeliciter vale eximium praesidium ac dulce decus meum.

Et laetata suo est docta Verona Catullo:
Lum Torquate tuum conderet ille thorum.
Quam gauisa suo est facili Sulmona poetas:
Lum faustos Sibi ferrer in astra lares.
Quam se Parthenope Stratio iacrauit alumnos:
Lum caneret Stellae nobile coniugium.
Tam nunc se Lirio generosa Polonia iactat:
Qui celebrat thalamos Sigismunde tuos.
Ut te nostra pium venerantur saecula regem:
Sic canet hunc olim Dedala posteritas.

Ad diuum Sigismundum Regem Poloniae inclytissimum.

Accipe carmen inops placido rex indyae vultu:
Quod cecinit thalamis rauca cicuta tuis.
Si mea turgeret fulgentibus arca Philippis:
Offerrem larga munera digna manu.
Offerrem pateras aurumque micante piropo:
Et quicquid Libicus gemmifer amnis habet.
Sed mihi diuitias Saturnia Juno negauit:
Quas fortuna tamen ceca fugare regit.
At quae Palladia conduntur dona lucerna:
Haec neque tempus edax: trux neque parca rapit.

SYLLA



Phoebe decus vari: pulcherrime Phoebe deorum
Conspiciende coma: plectroque insignis et arcu
Huc ades: et numeros tecum turbaque non ena
Affer: et Aonijs mea pectora proluce lymphis.
Ut quid tanta sibi (subijt quae moenia Bacchi)
Pompa velis: nostri cur tantum splendida luxu
Principis aula gerit: cur gaudia festa: chorique
Lorum plus solito regnum inuasere polonum
Concepisse queam: Lirioque effundere cantu.
Nec me Smyrneus valeat superare poeta
Nec qui Castalijs appotus fontibus alto
Larmine Troianos latias traduxit in oras.
Sed quidnam video: quis tantus in vrbe tumultus?
Quodue paratur iter: quem cogimur ire sub axem?
Dic age Lalliope: simul hic quis pectora clangor
Nostra ferit: resonant pariter mare sidera montes.
Cerno praecire viros et rumpant ferre tubasque:
Liriatos pueros auro gemisque micantes:
Innumerosque equites miro splendore paratu.
Tor torques: bullas: segmenta monilia cerno:
Quor nequit aur calamus velox aur lingua referre.
b as autem iuuenum fulgentes undique turmas
Naugiger en sequitur spumanti sonipede Lucas:
Pene puer celso: sed iam spectandus bono: e:

Principis in solio magnis dat iura Polonis
 Ingenio praestans opibus: probitate: fideq;
 P arte alia morum specimen virtutis imago
 Crisifer: aurato gemmatum calce choriscus
 Exhortatur equi: referens gravitate Latonem
 Nestora consilio: mensa dapibusq; Lucillum
 Quiq; Patroclus erat: fidus qui semper Achares
 Principis et rerum custos et cura suarum
 Nunc apices regni: nunc fasces scandit auras
 b os inter medius (ceu surgens oceano sol)
 Magnanimo portatur equo et monstratur ab omni
 Splendor: pontificum: nostri laus prima senatus
 Puniger anctus: sub cuius gratia vultu
 Multo niter: rutilo residetq; in lumine Lypis
 Lui dedit ingenium virgo Tritonia et artes
 Diuitias Juno: sacrum coelestis bonor: em
 Iuppiter: atq; caput veterum prudentia rerum
 Huic utinam similes ferrent Lecheia plures
 Regna senatores: aures dormiret in ambas
 Rex pius et nullos sentiret patria casus
 Hic est doctorum fautor: virtutis amicus
 Et famae eximius nunq; morientis amator
 Huic quodcuq; habeo fieri quodcuq; merebor
 Acceptum refero: solum venerorq; patronum
 Huius lanificae donec mea stamina parcae
 ducent: immensas curabo extollere laudes
 Per mea brachia noscent hunc carmina Medii
 Noscer fortis Iber: noscer Saramantes adustus
 A riam pegaseum suffundit musa liquorem
 Tandem concipio magnorum arcana deorum
 Z hrentia pannonijs arx est sublimis in oris
 Altaq; verticibus tangentes sydera turre
 Clara domus Stephanum: clarisq; referta tropheis
 Lui non Baza Midae: noeroesi diuitis arcae
 Aequare possent opibus: nec Persa: nec Indi
 Hac sara nutritur forma praestante puella
 Sed probitate magis: castoq; decora pudore
 Virgo: polonorum veteri quoq; sanguine regum
 Prodit maternae referens primordia stirpis
 Hanc sibi proposuit thalamo sociare iugali
 Sismundus princeps: sacroq; addicere nexu
 Cum qua venturos: et dulces erigar annos
 Sic visum est superis sic tres sua fila sorores
 Voluunt: aeternum genus hoc ut regnet in aeuu

hinc delecta sui mittit tria culmina regni
 Quo firment stabili paphiae solaria verbo
 Et sponso optatam properent adducere sponfam
 Haec est causa viae: tantiq; haec causa paratus
 D caelebranda domus: caelebrandaq; Threntia rupes
 Scribere quis poterit: quis tantis dicere verbis
 Quantum vos decus: et quantum genuistis bonor: em
 O foelix virgo tantum sortita maritum
 J bis praecleara Hiacchi regina per urbem
 Delicijs nulli: nulli splendore secundam
 In qua posthabita residet Venus aurea Lypio
 Doctaq; post versas Pallas confedit Athenas
 Hic statuere alia cunctis plaudentibus arce
 Et variae pictis: auroq; micantibus aulis
 Nupti nupta noui: digitoq; noraberis omni
 Hic tu conspicias regali fulgida luxu
 Atria conspicias immania laxa columnas
 Artificis miras species superantis Apellem
 Celatasq; trabes Latioq; palatia structu
 Quae longe Assyrium praecedunt arte laborem
 Hic tibi digna aderunt toto spectacula mundo
 Et ludi atq; chori seu quicquid musica blandae
 Vocis habet: quicquid tangitq; teritq; vel inflat
 O foelix virgo tantum sortita maritum
 C onspicias ingens regnum: cui maxima rerum
 Lopia cunctarum perfosae plurima terrae
 Munera longinquas quae deducuntur in oras
 Et licet hi non parturiant auraria montes
 Huc tamen argenti plus importatur et auri
 Quam tagus aut ganges aut profert Thracius hebrus
 Adde tot ingenuos animos generosa virosum
 Corpora florentem bello cultuq; iuuentam
 Non fraudes habitant: non repta venena bibunt
 Sed grandaeva fides: comitas conuiuia regnant
 O foelix virgo tantum sortita maritum
 C onspicias vicina etiam tot regna tot vrbes
 Et varios populos opibus ferroq; potentes
 Qui iuga victricis gestant imposta Poloni
 O felix virgo tantum sortita maritum
 D eniq; conspicias multis in milibus illum
 Luius tu niueis coniung potiere lacertis
 Qui vultu: et charite proceres supereminet omnes
 Non aliter q; cum medijs pulcherrima syluis
 Fraxinus auricomu tollit super aetbera culmen

Talis erat quondam pulchri Priameius heros
 Ois Alexander Danaum qui coniuge regem
 Prodidit in cineres et pergama celsa redegit.
 At longe hic aliter nostrae qui attrita coronae
 Sceptra gerens priscum nomenque decusque reduxit.
 Illius augustam quis tam nasutus et hostis
 Contemplans faciem: quis dulcia lumina cernens:
 Concinnos artus: linguam gestusque benignos:
 Non totus stupeat: non hunc (ceu numen) adoret:
 O foelix virgo tantum sortita maritum:
Si genus exquires: non hoc sublimius ullum
 Inuenies cuius maiorum gloria regum
 Compleuit totum factis insignibus orbem.
 Nec non caesareo productam sanguine matrem.
 Tot reges fratres externaque sceptra tenentes:
 Totque duces late generos turbaque nepotum
 Comperies decubae qualem nec regia vidit
 O foelix virgo tantum sortita maritum
Quid dores animi referam: quas nulla canendo
 Uox numerare potest: licet et Sineus Apollo
 Lum musis veniat veniat cum fonte Laballi
 Dicere non posset quanta est prudentia regis
 Et virtus animus constantia mentis et oris
 Lura vigil regni simul et tolerantia: quanta
 Iusticia: et faciles miseris mortalibus aures
 Dicere nec posset laudes: partosque triumphos
 Tot domitas circum gentes Molcosque fugatos
 Innumeros: et nunc pulsos a finibus hostes
 Ut taceam Ualachos: quorum ferroque doloque
 Tot vicinorum completa est sanguine tellus
 Quam tumidos habuere animos: quae turgida corda
 At nunc Sismundo victi terraque cremata
 Demisere oculos et regia iussa capescunt
 hic pater est patriae famaeque redemptor auitae
 Iste polonorum pugnando restituit rem
 O foelix virgo tantum sortita maritum
Ergo age progredere thalamoque recumbe superbo
 O foelix virgo tantum sortita maritum
At tu maxime rex placidam complectere sponsam
 Et curare breui puer ut formosus in aula
Ludar Sismundus patrii spes altera regni
 Qui referat magnum vultu et virtute parentem
 Lius successor vestigia clara sequatur
 Deuictumque suis teneat sub legibus orbem.

HYMENAEEUS.

Hymena nunc pueri laetis caelebrate choreis
 Et dare lasciuo carmina grata deo
 Fausaque dicantur tam clavis omnia redis
 Alius in terris nil quibus esse potest.
 Absit uesta procul vitae praefecta pudicae
 Lastaque virgineo sepra diana choro
 Sed venus incumbat thalamis mensisque laevis
 Pronuba sit coniunx et soror alma Iouis
 Ipse autem veniens musis comitatus Apollo
 Dulceat aurata pectora laeta Libeli
 At tu connubij dux: o venerabilis huius
 Hymen ades foelix: o himen himen ades
 En te turba petit: te torus concinit orbis
 Te siluae pecudes flumina saxa vocant
 Ungatur pingui limen postesque lupino
 Et tu te dignas sparge marite nuces
 Solue pudiciae princeps pulcherrime zonam
 Et demas sponsae florea serra tuae
 Et te formosa facias cito prole parentem
 Quae capiant populi spesque decusque tui
 Quae tibi longaeui perages dum Nestoris annos
 Succedat patriae gloria tanta suae
 Quam timeant hostes cui totus seruiat orbis
 Vincenti priscos marte: togaque viros
 Innuat ista deus quae dicat Apollo canenti
 Innuat heus foelix: o himen himen ades
 At tu virgo tuo non aduersare marito
 Lum quo te stabili foedere iungat amor
 Aspice num videas: in tot nunc milibus vnum
 Cuius forma tuo par sit habenda viro
 Non est cur lachrymes populi regina potentis
 Diceris: et stirpis gloria prima tuae
 Quare age tempus adest: thalamo procumbe iugali
 Et subeas sponsi brachia grata tui
 Desere vestalis consortia pura cateruae
 Jam tibi Lucina estiamque colenda Venus
 At vos o pueri vocati dicite cantu
 Hymen ades foelix: o hymen hymen ades.

Carmina Saphica.

Virgo Sismundi noua nupta regis
 Scin deus qualem tibi dat maritum
 Luius insignis penetrauit attos
 fama sub Indos.
 Lui dedit pulchrum Venus alma vultum
 Et caput Pallas: pietasq; mentem
 Quiq; victrices agitat secundo
 Marte triumphos.
 Iuno sacrarum dea nuptiarum
 Iuno clamosi medicina partus
 Iuno suppremi soror atq; cara
 Nupta tonantis.
 Tuq; plorantem Iuueni puellam
 Que thoro sistis violasq; zonam
 Claraq; Lypreae Bromiq; proles
 O hymen hymen.
 Euge foelici proferare gressu
 Nuptias magni celebrare regis
 Ut bona nobis bonus inde crescat
 Arbores fructus.

Cantilena in Tranczyn.

Tu ne haec es virgo toro nunc incluta mundo?
 Tu ne polonorum principis vxor eris?
 Tu ne es quam propter regesq; ducesq; vocantur?
 vt videant manibus sceptrum superba tuis.
 Ut videant regnum immensum populūq; potentem:
 Reginam domini ferre sub astra sui.
 O foelix virgo: foelicia tempora quae te
 Ad tantum patriae progeniere decus.

Cantilena post coronationē.

Aspice nunc regina tuū sublimis honorem:
 Quod diadema geris: quantaq; sceptrum tenes.
 Aspice nunc regnūq; potens populosq; subactos
 Pontifices proceres innumerofq; duces

Aspice tot cultros iuuenes: generosaq; co:da:
 Aspice diuitias parva trophea simul.
 Haec tibi cum pulchro donarunt fara marito:
 O nimium fausta Barbara nata die.
 Attamen hoc tua clara domus tua forma meretur.
 Virgineus rara cum probitate pudor.
 Dij faueant sceptrisq; tuis thalamisq; sacratis
 Tantum vt perpetuo regnet in orbe genus.

Cracouiae Ex Aedibus Pro-
 uidi viri dñi Joannis Waller:
 Anno a salutifera incarnatio-
 ne Millesimo quingentesimo ac
 duodecimo. Tertiodecimo Ka-
 lendas Martias.



Joh. Cuspinarius

CONGRESSVS AC CELEBERRIMI CONVEN-
TVS CAESARIS MAX. ET TRIVM REGVM
HVNGARIAE, BOEMIAE, ET POLONIAE.
In VIENNA Panoniae, mense IVLIO. Anno
1515 M. D. XV. facti, brevis ac verissi-
ma descriptio.

